



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Flavii Vopisci Syracvsii Carvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

quæ matronæ cōueniūt. Ipsi dabis aureos philippeos cētū, argēteos antoninia-
nos mille, aris H-S decies. Hæc me legisse teneo de Bonoso. & potui quidē ho-
rum uitam præterire, quos nemo quærebat. Attamē, ne quid fidei deesset, etiā
de ijs, quæ didiceram, intimanda curauī. Superfunt mihi Carus, Carinus, & Nu-
merianus: nam Diocletianus, & qui sequuntur, maiore stilo dicendi sunt.

FLAVII VOPISCI SYRACVSII

CARVS



ATO temp. regi. eamq; nunc ad summū euehi, nunc ad mini-
ma retrahi. Probi mors satis prodidit. Nam cū ducta p tēpo-
ra uarijs uel erecta motib⁹, uel afflictā nunc tēpestare aliqua,
nunc felicitate uariata, omnia ppē passa esset, quæ patit in ho-
mine uno mortalitas: uidebatur post diuersitatē malorū iam
secura cōtinuata felicitatis mensura, post Aurelianū uehemen-
tem principē Probo ex sententiā senatus, & populi leges, & gubernacula tēperan-
te. Sed ruina ingens uel naufragij modo, uel incendij accensis fataliter militib⁹,
sublato è mediō tali principe, in eam desperationē uotum publicū redigit, ut ti-
merēt omēs Domitianos, Vitellios, & Nerones. Plus em̄ timet de incertis mo-
ribus principis, maxime in ea rep. quæ recētibus cōfossa uulnerib⁹, Valeriani ca-
ptiuitatē, Gallieni luxuriā, xxx etiā propē tyrannorū cæsa ciuiliū mēbra sibi-
met uindicatiū perpeffa meruerit. Nam si uolum⁹ ab ortu urbis repetere, quas
uarietates sit passa Romana resp. inueniem⁹ nullam magis uel bonis floruisse,
uel malis laborasse. Et, ut à Romulo incipiā uero patre, ac parēte reip. quæ illius
felicitas: qui fundauit, cōstituit, roborauitq; temp. atq; un⁹ oim cōditorū perfe-
ctam urbē reliquit. Quid deinde Numā loquar: qui frequētē bellis, & grauidā
triūphis ciuitatē religione muniuit. Venit igit usq; ad Tarquini Superbi tēpo-
ra nostra resp. sed passa tēpestatē de morib⁹ regijs nō sine graui exitio semet ul-
ta est. Adoleuit deinde usq; ad tēpora Gallicani belli: sed q̄si qdā merfa naufra-
gio, capta pter arcē urbe, plus penē mali sensit, q̄ tunc boni habuerat. Reddidit
se deinde in integrū: sed eo usq; grauata est Punicis bellis, ac terrore Pyrrhi, ut
mortalitatis mala p̄cordiorū timore sentiret. Creuit deinde uicta Carthagine
trans maria missis imperijs: sed socialib⁹ affecta discordijs extenuato felicitatis
sensu usq; ad Augustū bellis ciuilib⁹ cōfecta cōsenuit: p Augustū deinde repa-
rata, si reparata dici pōt libertate deposita. Tamē utcūq; etiā si domi tristis fuit,
apud exteras gētes effloruit: passa deinceps tot Nerones, p Vespasianū caput
extulit. Nec omī Titi felicitate lætata, Domitiani uulnerata imanitate p Neruā,
atq; Traianū usq; ad Marcū solito melior, Cōmodi uecordia, & crudelitate lace-
rata est, nullū post hæc pter Seueri diligētia usq; ad Alexandrū Māmeæ sensit
bonū. Longū est q̄ sequunt uniuersa cōnectere. Vti em̄ principe Valeriano nō
potuit: & Gallienū p xv annos passa est. Inuidit Claudio longinquitatē impe-
rii, amans uarietate: ppē & semp inimica fortuna iustitiæ fuit. Et Aurelian⁹ occi-
sus est, & sic Tacitus absumptus, sic Probus cæsus: ut appareat nihil tam gratū
esse fortunæ, q̄ ut ea quæ sunt in publicis actibus, euētū uarietate mutent. sed

○ 4 quorsum

quorsum talibus querelis, & temporum casibus distinemur: Veniamus ad Carum medium, ut
 ita dixerim, uirum inter bonos magis quam inter malos principes collocandum, & lon-
 ge meliorem, si Carinum non reliquisset heredem. Cari patria sic ambiguae a plerisque
 proditur: ut praesumpte ueritate dicere nequeam, quae illa uera sit. Onesimus enim, qui di-
 ligentissime uitam Probi scripsit, dicit Romae illum & natum, & literis eruditum. Sed Il-
 lyricianis parentibus fuisse concedit, Sed Fabius Cerilianus, qui tempora Cari, Carini, &
 Numeriani solertissime persecutus est, neque Romae, sed in Illyrico genitum, neque Pan-
 nonijs, sed Pcenis parentibus asserit natum. In Ephemeride quadam legisse me memi-
 ni Carum Mediolanensem fuisse: sed a uero iuri Aquileiensis ciuitatis insertum. Ipse,
 quod negari non potest, ut epistola eius indicat, quam praefatus ad legatum scripsit, cum eum
 ad bona hortaretur officia, Romanus uult uideri. Epistola Cari. Carus Manlius
 Aurelianus praefatus. Ciliciae Iunio legato suo. Maiores nostri Romani illi princi-
 pes in legatis creandis hac usi sunt consuetudine, ut morum suorum specimen per eos
 ostenderet, quibus rempublicam delegabant. Ego uero, si ita non esset, aliter non fecissem: feci
 aliter, si te iuuante non fallar. Fac igitur, ut maioribus nostris, id est, Romanis non dis-
 crepem uiris. Vides quod tota epistola maiores suos Romanos uult intelligi. in-
 dicat & oratio eius ad senatum data istius generis praerogatiua. Nam cum primum impe-
 rator esset creatus, sic ad senatorium ordinem scripsit. Inter caetera gaudendum est
 itaque P. C. quod unum ex uestro ordine, uestri etiam generis impator est factus. Quare
 adnitemini, ne meliores peregrini, quam uestri esse uideantur. Hoc quoque loco satis
 clarum est, illum uoluisse intelligi se esse Romanum, id est, Roma oriundum. Hic igitur per
 ciuiles militares gradus, ut tituli statuarum eius indicant, ad praefatum praefatus a Probo fa-
 ctus: tantum sibi apud milites amoris locauit, ut interfecto Probo tanto principe,
 solus dignissimum uideretur imperio. Non me praeterit suspicatos esse plerisque, & eos
 in fastos retulisse Cari factione interemptum Probum: sed neque meritum Probi erga
 Carum, neque Cari mores id credi patiuntur. Simul quia Probi mortem & acerrime, &
 constantissime uindicauit. Quid autem de eo Probus senserit, indicat littera de eius hono-
 ribus ad senatum data. Probus Augustus amatissimo senatui suo S. D. Inter cae-
 tera felix esset nostra respublica, si quilibet Carus est, aut plerique uestrum, plures habere in
 actibus collocatos. Quare equestre statuam uiro morum ueterum, si uobis placet, de-
 cernenda censeo. Addito eo, ut publico sumptu, uel eidem exaedificet domum marmo-
 ribus a me delatis. Decet enim nos talis integritate remunerari uiri, & reliqua. Ac
 ne minima quaeque coniectam, & ea quae apud eos poterunt inueniri: ubi primum
 accepit imperium, consensu omnium militum bellum Persicum, quod Probus parabat, aggressus
 est, liberis Caesaribus nuncupatis: & ita quidem, ut Carinum ad Gallias tuendas cum
 uiris lectissimis destinaret: secum uero Numerianum adolescentem, cum lectissimum, tum
 etiam disertissimum duceret. Et dicitur quidem saepe dixisse se miserum, quod Carinum ad
 Gallias principem mitteret: neque illa aetas esset Numeriani, ut illi Gallicanum, quod
 maxime constantem principem quaerit, crederetur imperium. Sed haec aliam, nam extant
 iam litterae Cari, quibus apud praefatum suum de Carini moribus queritur: ut appa-
 reat uerum esse, quod Onesimus dicit, habuisse in animo Carum, ut Carino Caesarem
 abrogaret imperium. Sed haec, ut diximus, aliam in uita Carini dicenda sunt.
 Nunc ad ordinem reuertamur. Ingegni apparatu, & totis uiribus Probi profligato
 magna

magna ex parte bello Sarmatico, qd' gerebat cōtra Persas, pfectus, nullo sibi oc
 currente Mesopotamiā Carus cepit, & Ctesiphontē usq; peruenit. Occupatisq;
 Persis, domestica seditione imperatoris Persici nomē meruit. Verū cum auīdus
 gloriæ pfecto suo maxime iurgāte, qui & ipsi⁹, & filij ei⁹ quærebat exitiū, cupiēs
 imperare longi⁹, pgressus esset, ut alij dicūt morbo, ut plures, fulmine interēpt⁹
 est. Negari nō pōt eo tpe, q̄ periit, tantū fuisse subito tonitruū, ut multi terrore
 ipso exaniati esse dicant. Cū igit̄ ægrotaret, atq; in tētorio iaceret, ingēti exorta
 tēpestate imani coruscatione, imaniori, ut dixim⁹, tonitru exanimatus est. Iunius
 Calphurni⁹, q̄ ad memoriā dictabat talē ad præf. urbis sup morte Cari epistolā
 » dedit: inter cætera, Cū, inquit, Carus princeps noster uere char⁹ ægrotaret, & tāti
 » turbinis subito exorta tēpestatas esset, ut caligarēt omīa, neq; alter alterū noscere
 » pmitteret uis coruscationū: deinde tonitruū in modū fulgurū igniti syderis cōti
 » nuata uibratio omīb⁹ nobis yitatis sciētia sustulit. Subito em̄ cōclamatū est im
 » peratorē mortuū, & post illud p̄cipue tonitruū, qd' cūcta terruerat. His accessit,
 » q̄ cubicularij dolētes principis mortē incēderūt tētorijū. Vnde fama emerfit ful
 » mine interēptū eum, quē quantū scire possumus, ægritudine cōstat absumptū.
 Hanc ego epistolā idcirco indidi, q̄ pleriq; dicunt uim fati quandā esse, ut Ro
 princeps Ctesiphontē trāsire nō possit: Ideoq; Carū fulmine absumptū, q̄ eos
 fines transgredi cuperet, qui fataliter cōstituti sunt. Sed sibi habeat artes suas ti
 miditas calcāda uirtutib⁹. Licet planē, ac licebit p̄ sacratissimū Cæsarē Maximia
 num Persas uincere, atq; ultra eos, p̄gredi: & futurū reor, si à nostris nō deserat
 p̄missus numinū fauor. Bonū principē Carū fuisse, cū multa indicant: tū illud
 etiā qd' statim adeptus imperiū, Sarmatas adeo morte Probi feroces, ut inua
 suros se nō solū Illyricū, sed Thracias quoq; Italiamq; minarent: ita inter bella
 patiendi cōtudit, ut paucissimis diebus Pannonias securitate donauerit, occisis
 Sarmatarū sedecim millib⁹, captis diuersi sexus uiginti millib⁹. Hæc de Caro sa
 tis esse credo. Veniam⁹ ad Numerianū, cuius & uicinior patri, & admirabilior
 per socerum suum facta uidetur historia. Et quous Carinus maior ætate fuerit,
 prior etiam Cæsar sit nuncupatus: tamē necesse est, ut prius de Numeriano lo
 quamur, qui patris secutus est mortem: post de Carino, quem uir Reip. necessa
 rius Augustus Diocletianus habitis conflictibus interemit.

FLAVII VOPISCI SYRACVSII

NUMERIANVS



NUMERIANVS Cari filius moratus egregie & uere
 dignus imperio, eloquentia etiā præpollens, adeo ut
 publice declamauerit, feranturq; illi⁹ scripta nobilia,
 declamationi tamen q̄ Tulliano accommodatiora
 stilo. Versu autem talis fuisse prædicatur, ut omnes
 poetas sui temporis uicerit. Nam & cum Olympio
 Nemesiano contendit, qui ἀλιθτικά, κωμικητικά &
 ναυτικά scripsit: quicq; omnibus colonijs illustratus
 emicuit. Et Aurelium Apollinarem amborum scri
 ptorem,